in bonis nostris Spiritualibus, Regalibus et Equestribus, tam in Regno, quam in magno Ducatu Lithuaniae et Russiae ab omni subiectione, exactionibus, obligationibus, Cursorijs, Laboribus liberamus, cavendo ne ad praed.ta onera a quopiam adigantur et sub Jurisdictione suorum ordinariorum Pastorum maneant.

Sequitur Juramentum Regis Casimiri.

Sequuntur Juramenta Archiepsi Gnesnensis, Episcopi Vilnen. Ducum Exercitus Regni, Cancellariorum et Marschalci Equestri Ordinis pro observantia praedictorum pactorum.

E. Se ne fa menzione nella sopra.a Lra fol. 197.

Notitia historica pro dilucidatione intentionis habitae a Catholicis in imprimendo in volumine Constitutionum

Pacta Hadiacensia

Vladimirus magnus Dux Russiae, et Moschoviae paganus primo oppressit vicinos Clade ingenti tandem convertit animum ad debellandos Graecos. Ex animo successit ipsi omne, quod conabatur, nam Trapesuntium petijt Graecosque exercitus multoties fudit, ita ut Basilius, et Constantinus Imperatores Graeci pacem petierint, atque iniquis conditionibus inierint.